Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8336
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

In diebus illis. Dixit ysaias pha. Feria iii. in iii. tempo. Ysaye. pphe.
Erit in nouissimis diebus paratus mons domus domini in
uertice montium et elleuabitur super colles et fluent ad eum
omnes gentes. et ibunt populi multi et dicent. Venite ascendamus
ad montem et ad domum dei iacob. et docebit nos uias suas
et ambulabimus in semitis eius. quia de syon exibit lex.
et verbum dni de hierusalem. Et iudicabit gentes. et arguet
populos multos. Et conflabunt gladios suos in uomeres. et
lanceas suas in falces. non leuabit gens contra gentem gla
dium. nec exercebuntur ultra ad pliandum. Domus iacob. uenite
et ambulemus in lumine dni dei nri. Ysaye. pp.
In diebus illis. Locutus est dns ad achaz dicens. Pete tibi
signum a dno deo tuo in profundum inferni. siue ex celsum supra.
Et dixit achaz. non petam. et non tentabo dnm. Et ait.
audite ergo domus dauid. numquid parum uobis est molestos esse
hominibus. quia molesti estis et deo meo. Propter hoc dabit
dns ipse uobis signum. Ecce uirgo concipiet et pariet filium.
et uocabis nomen eius emanuel. Butyrum et mel comedet.
ut sciat reprobare malum et eligere bonum. Sc. luca.
In illo tempore. Missus est gabriel angelus a deo in ciuitatem
galilee. cui nomen nazareth. ad uirginem desponsatam uiro
cui nomen erat ioseph. de domo dauid. et nomen uirginis maria.
Et ingressus angelus ad eam dixit. Aue gratia plena. dns tecum. bene
dicta tu in mulieribus. Que cum audisset. turbata est in sermone eius.
et cogitabat qualis esset ista salutatio. Et ait angelus ei. Ne timeas
maria. inuenisti enim gratiam apud dm. Ecce concipies in utero et pa
ries filium. et uocabis nomen eius ihm. Hic erit magnus. et filius al
tissimi uocabitur. Et dabit illi dns deus sedem dauid patris eius. et
regnabit in domo iacob in eternum. et regni eius non erit finis. Dixit
autem maria ad angelum. Quomodo fiet istud quoniam uirum non cognosco. Et
respondens angelus. dixit ei. Spiritus sanctus superueniet in te. et uirtus al
tissimi obumbrabit tibi. Ideoque et quod nascetur ex te sanctum. uocabitur